

vel in horis sunt corde, in foro vel alias et sine omni intentione sunt mente. — in quo invenitur, quod utile esset et valde expediens, quod quilibet, qui plus orare nollet, saltem septem horas diceret. dic de omnibus Paternoster, que religiosi illitterati pro suis horis dicere consueverunt. et easdem horas nos literati, quantumcunque occupati, dicimus cottidie ad laudem septem passionum, quas Christus in illis pertulit. nomina per singula (vgl. Anzeiger für deutsche Sprache und Literatur 7, 241 f.). quas qui dicit, multum meretur. nota, quod dicunt quidam religiosi illitterati XII Paternoster pro Vesperis, pro omnibus, que Christus tunc pertulit, cum ad passionem se preparavit. pro Completorio in sero ad laudem omnium, que tunc pertulit, VII. pro Matutina XXIX, eo quod tunc quasi per totam noctem multiplicia et longa martiria pertulit. dic articulos passionis in Matutinis. similiter pro Prima VII, pro Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet illarum VII. tange, si vis, quomodo circa Tertiam Barrabas dimittitur, et Christus crucifigi postulatur. quomodo circa Sextam crucifigebatur et nudabatur. circa Nonam quomodo debilitate clamavit ‚sitio‘, et dederunt ei fel. sic adhuc multi sunt, qui se excusant per occupationes, qui, si pro quolibet Paternoster ovum daretur, multa ova in die lucrarentur. sed ne omnino omnes horas obmittant, ut in aliquo passioni Domini per aliquam gratiarum actionem cottidie respondeant et per aliquas septimanas hoc dicere non omittant. sunt enim, qui similiter omnes horas beate Virginis, multa dicunt Avemaria, et angelis et aliis sanctis multa Paternoster. similiter et pro mortuis multa. Das Vaterunser wird gelegentlich mißachtet, Comm. 4, 6: ut quidam, qui Paternoster scire contempnunt ut jumenta. Dafür preist er es umsomehr, Freib. 1, 19<sup>a</sup>: nihil est, quod in hiis septem petitionibus non contineatur, sive ad presentem, sive ad futuram vitam. vel dimitte totum Paternoster et dic tantum: adveniat regnum tuum! Freib. 1, 62<sup>d</sup>: in tantum ei bene placet et diligit, ut unum Paternoster tuum diligit plus, quam si infidelis crucifigeretur corporaliter ut Christus, post decollaretur ut Johannes, post assaretur ut Laurentius, post rotaretur ut Georius, post demembraretur ut Emmeramus (von Regensburg). hoc totum non esset tibi tam utile et Deo tam placitum ut unum Paternoster tuum. Freib. 2, 22<sup>b</sup>: si dicis: ‚non possum Paternoster numerare‘, respondeo: non cures, Dominus bene numerat. dicis: